Illustrissime princeps et domine gener noster Carissime. Salute et omnis boni continui augmento. Sollicitos nos tenebat vestre ·I· labor, et periculorum sequela, quibus vestra ·I· involuta ferebatur in isto bello novissime sedato adversus Helvetios, Sed nunc de reditu domum vestre ·I· nobis nunciatum est, non mediocriter sumus gavisi, quia sumus semper in eo desiderio, ut de vestre ·I· prospero statu ac felicibus successibus sepe cognitionem habeamus, faventes vestre ·I· omne bonum et prosperum. Et habemus gratias vestre ·I· quod nostro oratori apud Sacram Romanorum Regis Maiestatem cum re eius scriptis accepimus, favores optimos exhibere non pretermisit, referemus in gratias vestre ·I· ubi id vicem gratam fore cognoverimus. Nos sumus deo volente incolumes, et rogamus ut vestra ·I· nostri memor existendo nobis de suo statu sepe scribat, et demum bene valeat una cum consorte sua ac sorore nostra Carissima. Datum Cracovie quinta feria post Martini festum Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono Regni nostri octavo

Johannes Albertus
rex manu propria subscripsit

Illmo principi et domino
Federico dei gra Marchioni
Brandeburgen et
consanguineo
carissimo:

1499

König zu Poln
Joh. Alb:

N. 2.

7